Alexander Papa Septimus ad perpetuam futuram Rei Memoriam =

Insupremo militantis Eclesiæ solio meritis licet imparibus per ineffabilem diuinæ bonita-
tis abundantiam constituti, exortas inter religiosos viros controuersias opportunis rationi-
bus dirimere studemus, sicud in Domino conspicimus salubriter expedire. Itaque dilec-
tum filium procuratorem generalem ordinis prædicatorum specialibus fauoribus, et gratijs
prosequi volentes, et aquibusuis, excomunicationis, suspensionis, et interdicti alijsque
eclesiasticis sententijs, censuris, et pænis aiure, vel ab homine quauis occasione, vel caussa
latis, siquibus comodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequen-
dum harum serie absoluentes, et absolutum fore censentes. Suplicationibus eius nomine nobis
super hoc humiliter porrectis inclinati de venerauilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardi-
nalium sacris ritibus præpositorum consilio, authoritate Appostolica thenore præsentium declara-
mus ad fauorem dilectorum filiorum, fratrum dicti ordinis prædicatorum Tolosæ commorantium
non licere dilectis taliter filijs fratribus ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia
nuncupatorum nimusque confraternitati in eorum Eclesia Magni conuentus erectæ subtitulo
Conceptionis Santissimæ virginis Immaculatæ illiusque confratribus facere procesionem prima
Dominica cuiuslibet mensis, nec pose prædictos fratres ordinis minorum Sancti Francisci de
Obseruantia nouum Rosarium subtitulo Seraphici, aut nonem nouendarum, vel alterius
rationis inducere, prædicare, et docere, nec in Litanijs B. V. aliquid innouare, nec tabellam
exponere inqua Beatissimo virgo Dei Mater det Rosarium Sancto Francisco
et Claræ prout etiam præfata omnia fieri prohibemus et seruari mandamus. Decer-
nentes easdem præsentes litteras semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque
plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac abalis ad quos spectat, et protempore
spectauit inuiolauiliter obseruari, sicque inpræmissis per quoscunque Iudices ordinarios
et Delegatos etiam caussarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, et definiri debere, ac
irritum, et innane si secus super his aquoquam quauis autoritate scienter, vel ignoranter
contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque
contrarijs quibuscunque. Volumus autem vt earumdem præsentium litterarum transumptis, seu
exemplis etiam impresis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, et sigillo personæ in
ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fide in Iuditio, et extra adhibeatur, quæ
præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam
Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 28. Maij 1664. Pontificatus Nostri
Anno Decimo = S. Vgolinus = Romæ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apos-
tolicæ. 1664. = Ita est, Ego Dominicus Colauenus Curiæ Apostolicæ Notarius publicus

Biblioteca Universitaria Salamanca

Decretum

Universidad de Salamanca
Gredos usal.es

Decretum Sacræ Congregationis Eminentissimorum, et
Reverendissimorum D.D. S.R.E. Cardinalium a Sanctissimo
D. N. Alexandro Papa Septimo. Sanctaque Sede Apos
tolica ad Indicem Librorum, eorundemque permissionem, prohibitionem, expurgatio
nem in Universa Republica Christiana specialiter deputatorum ubique publicandum

Sacræ indicii Congregationis decreto damnati, et prohibiti fuerunt infrascripti omnes libri
ubicumque et quocumque idiomate impressi, imprimendive. Nemo cuiuscumque gradus
et conditionis eos in posterum, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Siqui interim ha
buerit inquisitoribus seu Locorum Ordinariis a presentis decreti notitia tradat sub pena in indi
ce librorum prohibitorum contenti. Libri sunt.

Alphonsi de Bargas Toletani Relatio ad Principes Christianos, de Stratagematis
et Sophismatis, Politicis Societatis Iesu ad Monarchiam Orbis Terrarum sibi con
ficiendam. =
Item tres libelli huic annexi, qui sunt: Sedis Apostolicæ Censura Bullæ adversus novam, falsam,
impiam, et hereticam Societatis Iesu doctrinam nuper in Hispania publicatam. =
Jesuiticum fidei Symbolum vel ut Canticum novum. =
Accusatio heresis in Societatem Iesu. = =
Apologia Valeriani Magni Censura cum [illegible] aliquot Epistolarum. =
Exercito limpio Austral contra las Manchas que del Prado en unos memoriales
y otros papeles disformes ansalido aquestos dias. D. [illegible] ofrecelo al señor
Don Juan de Austria General [illegible] el Padre Fray Francisco de
la Madre de Dios. =
Juicio de Salamon, acerca de Averiguar quien sea la Verdadera Madre de
un hijo llamado Antiguamente Conmentos, despues glosa Continua y aora Cadena de
Oro sacado a luz y dispuesto por el Padre fray Marcos Perez de Saucedo
del Orden de los frayles Menores D. =
Martini ab Holubenies, Responsio Apologetica pro Sententia P. Hieronimo Florentini
de Baptismo abortivorum adversus obiecta p. Vigilantii ab Arce. =
Mistico parlamento de Apolo, di Catanio di Bacel. =
Noctes Granconianæ seu discursus panegiricus de [illegible] in publicum [illegible]
[illegible] politicorum [illegible] elucubrata a Marino Dichorso. =
Nove Serafinita quatro morales [illegible] ad inscriptionem, Epistolam ad [illegible]
Aprobationem, et Capita tredecim [illegible] ad Historiam Concilii Tridentini P. Sfo
rtiæ Pallavicini, L. Stanislai Ferre Colimensis opera sive vulgata, L. hic ad
tus et libellus Continens discussionem quarum [illegible] de eadem P.
Pallavicini historia. =
Patris Petri de Alua, et Astorga opera sequentia. =
Nodus indissolubilis de Concepto mentis et Concepto Ventris seu sub alio titulo, Fun
iculus nodi indissolubilis de Concepto mentis, et Concepto Ventris. =
Sol Veritatis cum Ventilabro Seraphico proscandida Aurora Maria, L. -
In quorum fidem manu et sigillo Eminentissimi et Reverendissimi D.
Cardinalis Gineti Episcopi Sabinensis supra dicte Sacræ Congregationis Præfecti presenti

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Decretum signatum, et Munitū fuit. Romæ in Palatio Apostolico, Quirinali 22 Iunij 1665. = N. Card. Ginett. = Loco ✠ Sigilli. Fr. Vincentius Fanus Ord. Præd. Sac. Congr. Secr. =

Anno a Natiuitate Dom. N. Iesu Christi 1665. indictione tertia, die vero 6. Mensis Iulij, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, et D. N. D. Alexandri diuina prouidentia Papæ Septimi. Anno eius Vndecimo, supradictum Decretum affixum, et publicatum fuit ad ualuas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancelariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ Ac in alijs locis solicitis, et Consuetis Vrbis per me Carolum Franceschinum Santiss. D. N. Papæ Curs. Gregorius S. Staggius Curs. Mag. =

Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. 1665. =

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES